

[I p 1]

permisit facere quod uoluit. Qui enim refutant alios audire nec audita racione acquiescunt, ipsi sibi ipsis obstaculum consolacionies ponunt. Deinde cum dicit (48) TUNC ILLA hic docet quomodo Philosophia statum Boecii deplorauit et primo docet quomodo ad considerandum diligencius statum suum accessit, secundo planctum Philosophie de statu Boecii subiungit metro secundo HEU QUAM PRECIPITI. Dicit ergo TUNC ILLA PROPIUS  
 90 ACCEDEMENS remoueri enim a cura inutili est quidam accessus ad sapienciam, que dicitur accedere ad nos quando nos accedimus ad eam IN EXTREMA LECTULI etc. quia a remotis subintrauit studium Boecii MEUMQUE INTUENS VULTUM LUCTU GRAVEM etc. propter  
 91 dolorem amissorum ATQUE MERORE IN HUMUM DEIECTUM quia tota  
 92 intencio uersabatur circa terrena HIIS VERSIBUS DE ME etc.

[I m 2]

HEU QUAM PRECIPITI Postquam ostendit quid<sup>1</sup> Philosophia gesserit circa eum,<sup>1</sup> hic ponit planctum Philosophie de perturbacione mentis ipsius et describit hunc planctum metro dactilico<sup>2</sup>  
 3 4 tetrametro ypercatalecto. Dicitur autem dactilicum a pede

90 quidem J / 91 aromatis J / 92 meroris O /

1 quid philosophia gesserit circa eum ODPeM quid philosophia circa eum ges-  
 serit R (quid in ms.) philosophia quid gesserit circa eum J om. P / 2 dactalico J /  
 3 enim C / 4 dacticum J /

[T m 2]

predominante. Recipit enim dactilum in omni loco preterquam  
 in ultimo. Spondeum <sup>5</sup> uero recipit in primo secundo et ultimo.  
 Tercius enim semper est dactilus. Trocheum autem recipit  
 tantum in ultimo. Dicitur autem <sup>5</sup> tetrametrum a numero pedum.  
 Sunt enim tantum quatuor pedes. Ypercathalecticum dicitur  
 propter sillabam habundantem post duos pedes in medio uersus.  
<sup>7</sup> Sciendum est secundum Hugucionem quod metrum quoddam dicitur  
 cathalectum scilicet quando deficit sillaba, quoddam  
 ypercathalectum scilicet ubi habundat sillaba, quoddam  
 acathalectum scilicet ubi nec est excessus nec defectus sillabe.  
 Diuiditur autem istud metrum in duo. Primo enim plangit  
 communiter perturbationem mentis docens unde talis perturbacio  
 prouenit. Secundo specialiter ad statum Boecii se conuertit  
 ibi (6) HIC QUONDAM. Dicit ergo primo (1) HEU interieccio  
 dolentis QUAM PRECIPITI PROFUNDO id est sollicitudine rerum  
 temporalium qua homo ab altitudine dignitatis precipitatur ad  
 ea que sub se sunt MENS MERSA id est absorpta (2) HEBET  
 amittendo discretionem sapiencie ET RELICTA LUCE PROPRIA id  
 est luce intellectus sui que est sapiencia (3) TENDIT IRE IN  
 EXTERNAS TENEBRAS id est ignorancias. Et dicit signanter  
<sup>10</sup> EXTERNAS. Quamquam enim in iuuene uel decrepito sint naturales

5 spondeum uero . . . dicitur autem M (recipit om. OJ) om. RPPeD / 6 ypercata-  
 lectum Q / 7 est om. Q / 8 quod Q / 9 quodam J / 10 quamquam enim  
OJDPe quia licet RP /

[I m 2]

et ideo interne quia ex naturali defectu contingunt, tamen in  
 aliis in quibus contingunt ex negligencia eo quod sollicitantur  
 circa alia, dicuntur externe eo quod sunt contra istam naturam  
 de qua dicit philosophus in principio metaphysice: omnes homines<sup>8</sup>  
 natura scire desiderant. Et quasi respondens antipophore, quia  
 posset aliquis querere unde et quando prouenit talis perturbacio,  
 subiungit quod (4-5) QUOCIENS CURA id est sollicitudo temporalium  
 NOXIA quia nocet homini impediendo eum a maiori bono CRESCIT IN  
 INMENSUM ACTA id est agitata FLATIBUS TERRENIS id est persecucionibus<sup>14</sup>

---

11 ex RPPeO om. J / 12 eo quod sollicitantur circa alia (a<sup>a</sup>)  
 dicuntur externe eo quod sunt contra istam naturam de qua dicit  
 in principio metaphysice omnes homines natura scire desiderant JMOD  
 eo quod sollicitantur circa quod non debent contra naturam dicuntur  
 externe eo quod sunt contra istam naturam de qua dicit philosophus  
 in principio metaphysice omnes homines natura scire desiderant R  
 eo quod sollicitantur circa quod non debent alia dicuntur externe  
 eo quod sint extra naturam illam de qua dicit philosophus in  
 principio metaphysice omnes naturaliter scire desiderant P eo quod  
 sollicitantur circa alia dicuntur externe eo quod sunt extra natura  
 illam de qua dicit philosophus in principio metaphysice omnes  
 homines naturaliter scire desiderant Pe / 13 antipophore RP  
 antipofore D antipophare J / 14 persecucionibus RPD persecutoribus  
 J /

[Im 2]

temporalibus.. Supple: tunc contingit talis perturbacio mentis et de hoc est dolendum. Deinde cum dicit (6) HIC QUONDAM conuertit se ad plangendum perturbationem Boecii. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quanta contemplacione <sup>15</sup> sapiencia aliquando uigebat, secundo quomodo ab ista contemplacione perturbatus solum de temporalibus cogitabat ibi (24) NUNC IACET. Circa primum duo facit. Primo enim commendat eum ab astronomia, secundo a naturali philosophia ibi (13) QUIN ECIAM CAUSAS. Et nota quod per ista duo comprehendit totam speculatiuam philosophie, quia secundum philosophum in sexto metaphysice tres sunt theorie <sup>16</sup> scilicet physica <sup>17</sup> mathematica metaphysica. Species autem <sup>18</sup> mathematice sunt quatuor, sicut docet iste Boecius in primo Arithmeticā, scilicet arithmeticā musica geometria astronomia. Nunc astronomia sic se habet ad alias quod omnes alias oportet scire ad hoc quod ipsa perfecte sciatur. Et ideo commendando Boecium de astronomia implicite commendat cum de omnibus aliis. Sub naturali autem philosophia extendendo nomen comprehenditur physica et metaphysica. Et ideo commendando Boecium de hiis que <sup>19</sup> spectant ad physicam alia <sup>20</sup> interserit spectancia <sup>20</sup> ad metaphysicam. Dicit ergo primo (6) HIC scilicet Boecius QUONDAM LIBER id est

15 sapiencie o / 16 ph'ia J / 17 sunt om. o / 18 principio o /

19 spectant om. o / 20 interserit alia scilicet spectanciæ P  
aliqua interserit spectanciæ J/

[I m 2]

solutus a cura temporalium CELO APERTO scilicet per cognicionem  
 quod clauditur per ignoranciam (7) SUETUS id est assuetus IRE  
 scilicet motu racionis disputando scribendo IN ETHEREOS MEATUS  
<sup>21</sup>  
 scilicet cursum corporis celestis (8) CERNEBAT id est cognoscebat  
 LUMINA id est proprietates et naturam luminosorum radiorum rosei  
<sup>22</sup>  
 solis. Hec dicit quia sol in ortu suo uidetur rubore ad modum  
 rose. Et nota quod lumen solis uariatur quantum ad proprietatis  
 effectuum secundum quod sol transit per diuersa signa zodiaci  
 quorum proprietatibus conformatur. (9) VISEBAT id est cognoscebat  
 SIDERA id est mansiones sideribus consignatas LUNE GELIDE id est  
 frigide, non quod luna sit in se frigida, quia talis passio non  
 cadit in celestibus, sed quia est effectua frigoris. Est autem  
 considerandum quod sicut zodiacus diuiditur in duodecim signa  
 sic alio modo diuiditur in 18 mansiones quarum quilibet tantum  
 continet de spacio quantum luna pertransit fere in die; et dico  
<sup>23</sup>  
 fere quia mansionem pertransit in 23 horis et 25 minutis.  
<sup>24</sup>  
 Sunt autem iste mansiones insignite quibusdam stellis quarum  
 uirtutem contrahit luna quando est in illa mansione et ab illis  
 stellis denominatur mansio. Et quia secundum Isidorum  
 Ethymologiarum libro tercio, capitulo de differencia stellarum  
 siderum et astrorum, sidus est plurimis stellis factum, ideo  
<sup>25</sup>  
 huiusmodi mansiones in quarum quilibet sunt plures stelle

-----  
 7. id est scilicet o / 22 hoc o / 23 mansionem J / 24 autem Om. o /  
 25 quilibet o /

[I m 2]

dicuntur sidera lune. (10) ET QUECUMQUE STELLA scilicet erratica quod dicit quantum ad alios quinque planetas EXERCET  
 26 VAGOS RECURSUS progrediendo et retrogradiendo FLEXA scilicet a uia solis per obliquitatem circulorum PER VARIOS ORBES  
 27 deferentis scilicet epicicle (12) COMPREHENSAM id est certificatam per computacionem parcium temporis et motus VICTOR HABEBAT. Ad intellectum eorum que hic dicuntur describam circulum a b c d super centrum g quem quadrabo duabus lineis scilicet a g c et b g d. Deinde infra istum describam alium circulum minorem et spaciū inter duos circulos interceptum diuidam in 12 in quorum quolibet scribam nomen unius signi. Deinde circuiabo tertium circulum minorem secundo et quartum minorem tertio super idem centrum quod prius. Spacia uero intercepta inter secundum circulum et tertium et inter tertium et quartum diuidam in 28 spacia et in spaciis interceptis inter secundum circulum et tertium signabo nominibus mansionum lune. Spacia uero intercepta inter tertium circulum et quartum signabo numero mansionum. Et hiis factis patebit quomodo zodiacus diuiditur in 28 mansiones et quomodo iste mansiones se habent ad signa. Deinde intra istos circulos super centrum n describam circulum e f qui designat uiam solis. Deinde super centrum m describam circulum h k qui

f pl. 1A; pl. 2

26 decursus C / 27 scilicet et C / 28 quem O / 29 illum C / 30 et om. J /  
 31 nominibus JRP nomina O / 32 quartum circulum J /

designat uiam aliorum quinque planetarum. Manifestum est  
 igitur quod, sicut circulus h k secat circulum e f in duobus  
 punctis i et l, sic uia quinque planetarum secat uiam solis in  
 duobus punctis et, sicut una medietas circuli h k flectitur ad  
 unam partem a circulo e f et alia medietas ad partem oppositam,  
 sic una medietas uie planetarum flectitur a uia solis uersus  
 meridiem et alia uersus aquilonem; et quia corpus planete de-  
 fertur in quodam paruo circulo qui dicitur epiciclus, cuius  
 centrum est h in circumferencia circuli declinantis a uia solis  
 qui quidem quandoque plus flectitur ad meridiem et quandoque  
 ad septentrionem non tantum ex obliquitate circuli in cuius  
 circumferencia defertur sed eciam ex obliquitate propria, ideo  
 flexio planete causatur ex diuersis orbibus. Quod autem hic  
 dicitur flexio astronomi latitudinem planete appellant. Et  
 quia sicut epiciclus mouetur ab oriente in occidentem in  
 circumferencia istius circuli obliqui, ita planeta mouetur in  
 circumferencia epicicli circa centrum istius epicicli. Unde  
 cum in superiori parte epicicli moueatur ab occidente ad  
 orientem quod est progressio planete, sic in inferiori parte  
 mouetur ab oriente ad occidentem et propter hoc uidetur  
 retrogradari. Hec omnia patent diligenter intuenti figuram

33 quandoque P aliquando R om. O J /

34 parte om. O / 35 diligenter  
 intuenti figuram subiectam JRP in figura subiecta O /

35

(13)

subiectam. Deinde cum dicit QUIN ECIAM CAUSAS commendat  
 scienciam Boecii quantum ad naturalem philosophiam dicens  
 quod non solum nouit ista que dicta sunt QUIN ECIAM SOLITUS  
 36 supple fuit RIMARI id est inquirere CAUSAS UNDE SONORA FLAMINA  
 id est uenti qui faciunt sonum SOLLICITENT id est perturbent  
 EQUORA PONTI id est planiciem maris. Mare enim stratum  
 equaliter dicitur equor et est endiadis sicut hic: transi per  
 plana terre, id est per planam terram. Et EQUORA PONTI id est  
 pontum equatum, quasi diceret: ipse sciuit causas generacionis  
 uentorum qui concitant mare. Et est hic notandum quod, sicut  
 37 patet per philosophum tertio, Methaphysicorum, uentus generatur  
 ex uapore sicco et eleuato per calorem qui ascendens ad locum  
 nubium a frigiditate repercutitur et ex illa repercussione  
 fertur in latus et impellit aerem tanto uehemencius quanto  
 38 forciosus repercutitur et quanto maior est uapor repercussus; et  
 quia in tali repercussione et impulsu aer impellit aerem,  
 impulsio autem aeris causat sonum, ut dicit philosophus secundo  
 40 de anima. Inde est quod uenti faciunt sonum. Item quia aqua  
 est facilis diuisionis et flexibilis, ideo cedit de facili  
 impellenti et ideo quando uentus flatu impellit aquam statim  
 cedit et turbatur equabilitas eius et efficitur undosa. Et hoc  
 est quod intendit hic continuacio QUIN ECIAM SOLITUS FUIT RIMARI

36 supple om. o / 37 hic est o / 38 meth. <sup>39</sup> o / 39 est uapor est o /40 de anima om. o / 41 fluxibilis J /

[I m 2]

QUIS SPIRITUS id est cuius condicionis fuerit spiritus uoluens motu diurno circulari STABILEM ORBEM quia secundum totum manet immobiliter fixus super polos mundi sed secundum partes mutatur in quantum una succedit alteri in situ AUT CUR SIDUS id est sol uel alia stella quecumque habens ortum et occasum CASURUM IN HESPERIAS UNDAS id est occidentales a stella que Hesperus dicitur que post occasum solis in occidente apparet, de qua infra plus dicetur metro quinto SURGAT AB ORTU RUTILO id est oritur in oriente quod in ortu solis rutilare uidetur: ac si diceret: solitus erat <sup>42</sup>) inquirere que stelle que in occidente uidentur occumbere iterum oriuntur in oriente; cuius causa est reuolucio circularis orbis primi qui secum rapit omnes stellas tam fixas quam erraticas. Nota quod hoc quod dicit QUIS SPIRITUS ad methaphysicam uidetur pertinere, cuius est considerare de spiritibus et intelligenciis cum sint substancie separate. Et ideo dictum est supra quod inter ea que spectant ad phisicam commiscuit quedam spectancia ad methaphysicam. Item nota quod posuit disiunctionem ibi dicendo AUT CUR HESPERIAS quia ab eadem causa est reuolucio celi et ortus et occasus stellarum eo quod hec consequuntur ad illud. Nota quod dicit SIDUS CASURUM IN UNDA non quia ita sit, sed quia sic apparet, quia cum uideatur <sup>43</sup> <sup>44</sup>

*43 undas O/*

*42 erat ~~RP~~ erit J / 44 uideatur ~~RP~~ uidetur J/*

[I m 2]

45

cum celo mare contiguari quando sidus descendit sub orizonta,  
uidetur quasi cadere in mare. Et inde eciam poete usi sunt hoc  
modo loquendi. Continuacio: QUIN ECIAM SOLITUS RIMARI ERAT

(17) QUID TEMPERET PLACIDAM AURAM uel HORAM VERIS. Tunc enim  
sol approprinquant ad nos creat calorem mediocrem et consumit  
superfluitatem humiditatis abundantis in hyeme et efficitur  
tempus calidum et humidum et aura uel hora illa temporis est.  
placida eo quod talis disposicio est maxime conueniens uite  
propter quod tunc omnia uegetabilia pululant et germinant.

Continuacio: ita dixit TEMPERET AURAS ut scilicet uer ornent uel  
aure ornent (19) TERRAM ROSEIS FLORIBUS. Unde quia uer ornat  
terram floribus secundus philosophus diffiniens uer dicit quod  
uer est pictor orbis. Est autem notandum quod materia florum  
est humidum aqueum subtile bene passum a calido aeris cuius  
signum est quod folia florum sunt plana et solida ita quod non  
recipiunt in se aerem et ideo in aqua submerguntur. Quod autem  
hoc humidum sit subtile appareat ex hoc quod excessu frigoris uel  
caloris de facili arescunt. Quod autem eorum materia sit bene  
passa a calido aereo patet ex hoc quod sunt multum redolentes.

51 Quia igitur in uere dominantur calidum aereum et humidum aqueum  
subtile parua indiget digescione. Inde est quod in uere cuius  
calor est temperatus producuntur flores. Continuacio: QUIN ECIAM

45 orizonte J / 46 placidas auras O / 47 horas O / 48 illius O/

49 humida J / 50 aeres O / 51 dominatur O / 52 temporatus est O /

SOLITUS ERAT RIMARI (20) QUIS DEDIT quia Deus ordinata  
 disposizione causarum inferiorum (20-21) UT FERTILIS  
 AUTUMPNUS ANNO PLENO id est fecundo INFLUAT id est habundet  
 GRAVIDIS UVIS id est bene repletis. Dicit autem PLENO ad  
 excludendum causam sterilitatis in fructibus. Si autem fuerit  
 annus sterilis, non poterit esse autumnus fertilis. Est autem  
 notandum quod materia fructuum est grossa propter hoc quod  
 habet multum de terrestritate et ideo fructus indigent uehementi  
 decoccione. Et ideo calor ueris non sufficit sed requiritur  
 calor estatis qui est forcior et ideo digerit istam materiam et  
 format in fructum et extrahit nutrimentum fructus continue  
 propter quod augentur in estate. Et quia quamdiu humor fluit  
 manet fructus crudus propter innouacionem <sup>53</sup> noui et noui humoris,  
 sicut aqua super ignem non coquitur quamdiu noua et noua  
 infunditur, ideo propter talem cruditatem sunt fructus in estate  
 stiptici saporis. Item quia calor est aperitiuus pororum, ideo  
 fructus euoporant <sup>54</sup> subtile humidum et propter hoc sunt duri.  
 Versus autem finem estatis non amplius extrahitur nutrimentum  
 sed tantum de coquitur quod extractum est. In autumpno autem  
 qui est frigidus siccus propter siccitatem discontinuantur fructus  
 cum arboribus et cadunt. Omnis enim continuacio est ex humiditate.

<sup>53</sup> requiritur RP requeritur J / <sup>54</sup> innouacionem RP inuocacionem J /  
 55 euoporant J / <sup>56</sup> et siccus O !

[I m 2]

57

Frigus autem circumstans claudit poros ita quod non exit  
58<sup>o</sup> uapor a fructu et ideo tunc fortiter commiscetur cum terreo  
 grosso et facit fructum mollescere et hoc est disposicio  
 maturitatis. Quia ergo fructus communiter maturescunt in  
 autumpno, qui tamen nichil producit, dicitur autumpnus fertilis.  
 Nota eciam quod uitis ualde habundat humido aqueo grosso cuius  
 signum est uehemens fluxus lacrime eius tempore putacionis.

59

Tale autem humidum magis resistit digescioni quam facit  
60 terrestritis commixta cum humido aereo et ideo uue tarde ad  
 maturitatem producuntur et non nisi in regionibus calidis. Unde  
 in terris frigidis que sunt ultra septimum clima, quod ponitur  
61 terminari in eleuacione 50 graduum, non crescit uinum in  
 aliqua quantitate nobili. Continuacio: sic erat Boecius solitus  
 rimari (22) ATQUE pro et LATENTIS NATURE VARIAS REDDERE CAUSAS  
 id est aliis querentibus de occultis nature consueuit reddere  
62 causas uarias, quod fuit indicium felicitatis. Unde Virgilius:  
63 a

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Deinde cum dicit (23) NUNC IACET hic docet quomodo a pulcritudine

a G.II, 490

58 uapor ORP uapor humidus sicut supra J / 59 degescioni J / 60 terrestritis  
 (terrestrius O) commixta (mixta R) ORP terreum grossum commixtum J / 61 terniari  
J / 62 quinquagesima J / 63 uarias causas O /

[I m 2]

istius contemplacionis deiectus est dicens sic continuando:  
 Iste qui tanta contemplacione uigebat (24) NUNC id est in  
 presenti dolore IACET id est prostratus est EFFETO id est  
 euacuato LUMINE MENTIS id est priuatus est contemplacione  
 sapiencie que mentem illuminat (25) ET PRESSUS COLLA id est  
 habens colla pressa GRAVIBUS CATHENIS id est motibus  
 affectionum ad ista terrena que mentem aggrauant (26) GERENSQUE  
 DECLIUEM VULTUM id est uoluntatem ad ista terrena inclinatam  
 64 PONDERE id est doloris amissionis temporalium (27) COGITUR  
 CERNERE id est totali mente ferri IN STOLIDAM TERRAM quia  
 stolidos efficit homines uel est ypalage: COGITUR CERNERE  
 STOLIDAM TERRAM id est ipse effectus stolidus cogitur cernere  
 terram. Et inde dicendum est HEU id est de hoc est dolendum.

[I p 2]

(1) SED MEDICINE etc.<sup>1</sup> Prosa secunda.<sup>2</sup> Postquam inducta  
 est persona consolacione indigens et persona consolacionem  
 afferens, hic agit de ipsa consolacione ubi sciendum<sup>3</sup> quod  
 tristitia est sicut quedam infirmitas animi; consolacio uero  
 est sicut quedam medicina eiusdem. Ideo Philosophia se gerit  
 per modum medici et Boecius per modum infirmi. Scribitur autem<sup>4</sup>

64 dolore Q /

1 etc, R est J om. CP /    2 secunda R prim J /    3 sicud J /

4 quod J /